UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam interpretis donatus

Peregrinvs terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Magnes Cordium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49469

Visual Library

Conſideratio VI.

VULNERA CHRISTI.

Rete Diuini Amoris.

EN *ipſe eſt poſt parietem noſtrum, reſpiciens per feneſtras, proſpiciens per cancellos.* Stat Chriſtus poſt parietem, quia corpore interpoſito occulit ſuam Diuinitatem. *Et reſpicit per feneſtras*, quia per vulnera proſpicit noſtras ærumnas, eiſque medetur. Benedictum rete, benedicta vulnera, quæ, dum ſe noſtra peccata inter & Diuinam Juſtitiam interponunt, nè illa nos puniat, obſtaculo ſunt, & mortis ſententiam in vitam commutant. Cant. 2.

2. *Reſpicit per feneſtras*, vel, vt alii legunt, *per retia.* O Retia Diuini Amoris, quæ attrahitis, & votis illigatis cor Dei, vt ad illud attrahitis corda noſtra, vobiſque noſtras illigetis animas! Quamobrèm, cùm aperta & extenſa fuiſtis in Cruce, ſubito homines *reuertebantur percutientes pectora ſua.* Iisdem Apoſtoli *facti ſunt piſcatores hominum.* Septuag.

3. *Reſpicit per ratia. Apparet per retia, eminet ſuper retia.* Non ſolùm per ea reſpicit, ſed etiam reſpicitur, imò obtutum ſubterfugit. *Apparet per retia*, quia *patent viſcera: & eminet ſuper retia, quia, qui potuit guttâ, voluit vndâ: & quod ſatis fuit ad meritum, non ſatis fuit ad Amorem.* Septuag. S. Bern.

Conſideratio VII.

VULNERA JESU.

Ieſus Dom. Salus.

Magnes Cordium.

1. SI amori vis attrahendi ineſt (*Magnes eſt Amoris Amor*) magnes, attrahens Amorem, amor eſt: *Si vis*

amari, ama, Sacra vulnera, ceu viui effect[illegible]
amoris mirificâ hac pollent virtute. Quapropt[illegible]
Ioan. 12. Chriſtus: *Cùm exaltatus fuero à terra,* & Cru[illegible]
omnia traham ad me ipſum, nimirum, virtute [illegible]
meorum cunctas animas in funiculis amoris [illegible]
Attrahet corda noſtra, vt ea inflammet: attrah[illegible]
noſtra peccata, vt deſtruat; ærumnas, vt ſubleue[illegible]

2. Sacra vulnera non attrahunt ſolum, ſed [illegible]
piunt. *Charitas enim Chriſti vrget nos: æſtim[illegible]*
2. Cor. 5. *quoniam ſi vnus pro omnibus mortuus eſt: ergo* [illegible]
tui ſunt: vt & qui viuunt, iam non ſibi viuan[illegible]
qui pro ipſis mortuus eſt. Urgent, vt vim i[illegible]
nera & mors Chriſti, inquit Apoſtolus. Et ſi [illegible]
pro omnibus mortuus eſt, æquum eſt, vt omnes [illegible]
S. Anſelm. riantur & Chriſto. *Sibi deficere, & in ſolo Chri[illegible]*
cere. Notate, quod dicit Apoſtolus: *æſtimante[illegible]*
qui hoc animo benè perpendit, qui hoc conſi[illegible]
hoc æſtimare nouit; is percipit attractionem, [illegible]
& probat violentiam & virtutem illam attract[illegible]

3. Vim attrahendi ſacrorum vulnerum mir[illegible]
dum experti ſunt viri ſancti; ita namque illis [illegible]
tur, vt nihil aliud cogitarent, aut agnoſcerent [illegible]
dius Dominicanus totus animo abſorbebatur [illegible]
ra Chriſti: atque beatus Ægydius Franciſcan[illegible]
nudum paradiſi nomen in ecſtaſin ibat, ſic & [illegible]
nomen vulnerum.

Consideratio VIII.

Chriſtus vnctus.

VULNERA CHRIST[I]

Mamillæ Diuinæ.

1. CHriſtus, ſeu Mater beneuolentiſſima [illegible]
ctat Eccleſiam ſuauiſſimo lacte benedi[illegible]
vulnerum, cógregat animas intra pectus ſuum, & [illegible]
ſuo eis blanditur, & ſolatium exhibet. *Ha[illegible]*
Iſa. 66. *minus, ad vbera portabimini, & ſuper genua bla[illegible]*